

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Relinquere ai in editionibus 1493/5 & 1550 cum fonte primo

Pudet dicere ita plerosque abrenuntiassse conspicimus:
ut nihil amplius immutasse de interioribus utiis ac moribus
comprobentur: nisi ordinem tantum atque habitum
saecularem. Nam et acquirere pecunias quas nec ante
possederunt:

quod famulos suos exinde uel fratres alere se debere
iustum esse contendunt.

quibus profecto non proderit maiores opes ac substantias
contempsisse qui affectus earum ad quos ille contemnende
sunt in res paruas atque exiguas transtulerunt. Nam uitium
cupiditatis atque auaritia quod erga species preciosas exercere
non possunt circa uiliores materias retinentes non abscidisse.
sed continuasse se probant pristinam possessionem. Nam nimia
deuicti diligentia erga psalterii amorem sportelle saccelli
codicis aliarumque rerum quamuis
uilissimarum: eadem tamen qua ante libidine detinent:
et ab aliis concertatione defendunt: quae uniuersis fratribus
debent esse communia.

Ibidem (Cassianus in collatione abbatis moysi).

Manipulus florum, Relinquere ai (Venetiis, 1493/5), sig.F1v.

Denique, quod
pudet dicere, ita plerosque abrenuntiassse conspicimus,
ut nihil amplius inmutasse de anterioribus utiis ac moribus
conprobentur nisi ordinem tantummodo atque habitum
saecularem. nam et acquirere pecunias gestiunt quas nec ante
possederunt,
uel certe quas habuerant retinere non desinunt aut, quod est
lugubrius, etiam amplificare desiderant sub hoc praetextu,
quod uel famulos suos exinde semper uel fratres alere se debere
iustum esse contendant,
uel certe sub obtentu congregandi coetus reseruant, quem uelut
abbates institutere se posse praesumunt.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*, 4, 20, 1 (CSEL 13,
M. Petschenig ed., p.115, ll.10-19).

quibus profecto non magne proderit maiores opes ac substantias
contempsisse, quia affectus earum, ob quos illae contemnendae
sunt, in res paruas atque exiguas transtulerunt. nam uitium
cupiditatis et auaritia, quod erga species pretiosas exercere
non possunt, circa uiliores materias retinentes non abscidisse,
sed conmutasse se probant pristinam passionem. nam nimia
deuicti diligentia erga curam psiathii, sportellae, sagelli,
codicis aliarumque similium rerum quamuis
uilissimarum eadem tamen qua antea libidine detinentur...
et ab aliorum contrectatione defendunt, quae uniuersis fratribus
debent esse communia.

Iohannes Cassianus, *Conlationes XXIII.*, 4, 21, 1-3 (CSEL 13,
M. Petschenig ed., p.117, ll.8-27).

Pudet dicere, ita plerosque abrenunciassse conspicimus:
ut nihil amplius immutasse de interioribus utiis ac moribus
comprobentur: nisi ordinem tantum atque habitum
secularem. Nam et acquirere pecunias gestiunt quas nec ante
possederunt:

quod famulos suos exinde, uel fratres alere, se debere
iustum esse contendunt,

quibus profecto non proderit maiores opes ac substantias
contempsisse, quia affectus earum, ob quos illae contempte
sunt, in res paruas atque exiguas transtulerunt. Nam uitium
cupiditatis atque auaritie. quod erga species pretiosas exercere
non possunt, circa uiliores materias retinentes non abscidisse,
sed immutasse se probant pristinam passionem. Nam nimia
deuicti diligentia erga curam psiathii, sportelle, sagelli,
codicis matte, aliarumque similium rerum quamuis
uilissimarum: eadem tamen, qua ante libidine detinent:
et ab aliorum contrectatione defendunt: quae uniuersis fratribus
debent esse communia.

Idem in collatione 4. Danielis capitulis 20. et 21.

Flores omnium fere doctorum, Relinquere ai (Venetiis, 1550),
fol.446r.